



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XI. De occursu Synodi, & de relatione Polychronii episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

dixit ad Sixtum episcopum: Iube occurrere Synodum per auctoritatis tuæ munimen, vt subueniatur domui, quæ supra aquam habuit fundamentum, & accipiat continua, & fundamēta lapidea, vt tuo munimine pontificii non ruat domus ædificata.

CAP. XI.

Misit autem præcepta per vniuersas ciuitates, & occurrerunt omnes episcopi, & fecit Synodum, & sedit cum Augusto in eadem basilica Constantiniana, & sedit cum episcopis Augustoque, simul & cogitationibus æstuabatur Sixtus episcopus, qualiter Polychronium reuelaret. Respondit Valentinianus Augustus, & dixit: Nolite æstuarè pater, quia meruit Polychronius sicut & vidua, quæ misit æris minuta duo in garophylacium, vbi omnes abundanter miserunt. Illa enim nihil habebat, nisi tantum illa duo minuta. Et respondit Dominus noster: *Et quid dixit?* Dixit autem Sixtus episcopus: *Quia omnibus plus misit.* Hic autem omnem victum suum quem habuit, misit. Respondit Leo diaconus: Ergo præsul qui imitatus est viduam, non viduetur. Tunc lauauerunt se omnes episcopi, vel qui in eodem

loco

Iube occurrere Synodum per auctoritatis tuæ munimen, subueniatur domui, quæ super aquam habuit fundamentum. Et accipiat continuas, & fundamenta lapidea; vt tuo munimine pontificii, non ruinet domus ædificata.

CAPVT XI.

Misit autem præcepta per vniuersas ciuitates, & occurrerunt omnes episcopi. Et sedit cum Augusto in eadem basilica Constantiniana. Et sedit cum episcopis Augustoque simul. Et cogitationibus æstuabatur Sixtus episcopus, qualiter Polychronium reuelaret. Respondit Valentinianus Augustus, & dixit: Non æstuarè pater, quia meruit Polychronius sicut vidua, quæ misit æraminuta duo in garophylacium, vbi omnes abundanter miserunt, illa autem nihil habens, nisi tantum illa duo minuta. Et respondit Dominus noster: *Et quid?* Dixit autem Sixtus episcopus: *Quia omnibus plus misit.* Hæc autem omnem victum suum, quem habuit, misit. Respondit Leo diaconus: Ergo præsul, qui imitauit viduam, non viduetur. Tunc leuauerunt se omnes episcopi, & qui in eodem loco erant, gaudio

litanias

Luc. 21.
Marc. 12.

ANNO
 CHRISTI
 433.

loco erant, gaudio litanias faciebant. Plus enim gaudio litanias faciebant. Plus enim ex gaudio plorabant plorabant omnes. omnes.

CAPVT XII.

Et direxit epistolam hanc ad urbem Ierusalem. Beatissimo Polychronio episcopo & coepiscopus Sixtus episcopus vrbis Romæ & vniuersa Synodus clerusque omnis & Augustus. Relevationis tuæ officia & munimen ruinæ non obliuiscar pati, quam redii ad vxorem, supra quam tentabas adulterare. Non enim videtur vxor casta, nec vir prudens non maculetur pecuniæ, non scorti consilio, quam templum, quod deiecerat Euphemius, per te Polychroni ædificetur: redi ad vxorem sine macula, & custodi dicta apostolica. Ora pro vrbe Roma. Actum est autem Valentiniano septimo & Abieno. Dum introissent hi octo in Ierusalem, decimo Kalendas Aprilis, & reuocauerunt Polychronium episcopum in urbem Ierusalem cum magno honore, & sedit in eadem annis septem & menses sex, & requieuit in pace.

CAP. XII.

Et direxit epistolam hanc ad urbem Ierusalem. Beatissimo Polychronio episcopo & coepiscopus Sixtus episcopus vrbis Romanæ & vniuersa Synodus, clerusque omnis & Augustus. Relevationis tuæ officia & munimen ruinæ non obliuiscar pati. Quoniam redi ad vxorem, super qua tentabas adulterari. Non enim videtur vxor casta, nec vir prudens, non maculetur pecuniæ, non scorti consilium, quoniam templum quod deiecerat Euphemius, pro te Polychroni ædificetur. Redi ad vxorem siue sine macula, & custodi dicta apostolica, & ora pro vrbe Romana. Actum autem Valentiniano septimo & Abieno consulibus, dum introissent hi octo in Ierusalem, decimo Kalendas Aprilis. Et reuocauerunt Polychronium episcopum in urbem Ierusalem cum magno honore. Et sedit eadem annis septem, & menses sex. Et requieuit in pace.

Hi confules referuntur ab omnibus in annum D. 430. qui fuit decimus a Sixti morte.